



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

45. Quibus casibus Ordinarii Jurisdictionem habeant in exemptos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QUESTIO XLIV.

Commisla ordinario executione, utrum cognoscat de iustitia sententia.

Articulus hic partim pendet à traditis hoc eodem libro quaestione tertia, partim etiam ex traditis Doctorum, praesertim verò Panormitani latè disputantis, an executor admittere possit exceptiones. *cap. de casero per tit. de re iudic. in cap. fin. nu. 2. & seqq. de presump. cap. universitatis nu. 7. de sentent. excomm. Quintil. Mandos. tract. de Monitorius quæst. 60. nu. 16. & seqq.* Paucis, quod ordinarius exqui non teneatur sententiam, quam ei constat nullam esse, nec parere censuris & quibuscunque ordinationibus nullis, latè & doctè traditur apud Navarrum *in repetit. c. cum contin-gua Remed. 4. per tot. de rescript. tom. 3. tum quia Papa non cupit sua mandata execu-tioni demandari, quando lubest iusta causa ab eis supplicandi. Navarr. conf. 20. n. 2. de rescript. tum quia magis oportet obedire Deo quam homini in iquum præcipienti, quem dmodum post Andream Siculum & Felinum graviter Decius confirmavit in cap. si quando de rescript. Navarr. d. conf. 20. n. 2. in fine, vide infra lib. 4. quæst. 39. Quod an indifferenter in merito executore procedat, apud eundem Navarrum d. conf. 20. n. 3. dicentem merum executorem teneri exequi mandatum nedum Papæ, sed etiam delegati, etiamsi esset injustum, *cap. pastoralis §. quia vero de offic. deleg.* si tamen talia sint, quæ executioni demandari possunt sine divina offensione. Navarr. d. conf. 20. n. 2. alioquin secus. Quid vero in executore mixto, traditur à Doctoribus citatis, item quid si invocetur Brachium sæculare *v. infra li. 4. q. 83.**

QUESTIO XLV.

Quibus casibus ordinarii jurisdictionem habeant in Exemptos.

SUMMARIVM.

- | | |
|---|--|
| 1. Exempti delinquentes in Diocesi, puniuntur ab Episcopo. | 5. Episcopus condemnat exemptum in expensis. |
| 2. Etiam si persona non exempta delinquerent in loco exempto. | 6. Ratione rerum non exemptarum subicitur quis Episcopo. |
| 3. Paria sunt locum esse extra territorium vel exemptum. | 7. Monasteria subiciuntur quoad legem jurisdictionis. |
| 4. Exemptio realis non est trahenda ad personalem. | 8. Ordinarius declarat exemptos deliquisse. |
| | 9. Ma- |
- D d 2.

9. Maximè quando delictum est notorium.
10. Cum est periculum fuga, exempti possunt capi.
11. Episcopi visitant Ecclesias exemptas.
12. Idque tanquam delegati Sedis Apostolicæ.
13. Cognoscit Episcopus in causa reconventionali.
14. Prohibendo subditis ne accedant loca exempta.
15. Cogit monasteria exempta ad clausuram.
16. Exempti subiciuntur Episcopo in iis que sunt ordinis Episcopalis 78.
17. Cognoscit inter exemptos in causa decimarum.
18. Tenentur exempti ad præstationem Decimarum.
19. Absolvi moniales exemptas.
20. Exempti obligantur ad procuracionem.
21. Jurisdictionem habet penitentialem in exemptos sed auctoritate Apostolica.
22. Item in casibus c. volentes de privilegio in 6. hoc est, in exemptis reali exemptione 17.
23. In populum Ecclesie exempta.
24. In ascriptis exemptorum.
25. Punit exemptos ratione loci qui in loco non exempto delinquant.
27. Secus si exemptio sit personalis 29.
28. Punit eum qui ex loco exempto proiciendo lapidem ledit alium in loco non exempto existantem.
30. Idem de sonante campana in loco exempto vel mandante.
31. Aliud in injuria verbali.
32. Ratione membrorum non exemptorum Prælati tenentur ire ad Synodum.
33. Monachus exemptus sine habitu induens extra Monasterium, punitur de ordinario.
34. Archiepiscopi & Episcopi faciunt benedictiones solemnes in locis exemptis.
35. Excommunicatus in loco non exempto remanet postquam redit in locum exemptum.
36. Exemptus si edificet in loco non exempto, cedit Episcopo.
37. In censuales exemptorum. Quid de mercenariis.
38. Episcopus exercet jurisdictionem in allegantem se exemptum præscriptione, donec probatur, secus si ex privilegio.
39. Declarat exemptos excommunicatos.
40. Assignat exempto qui deliquit terminum intra quem præsentet se Pontifici.
41. Exigit rationem a religiosis executoribus testamentorum.
42. Punit abuentes suis privilegiis.
43. Idem si timeatur Impunitas delicti.
44. Impedit quo minus usurarii vel excommunicati sepeliantur.
45. Dotare potest Ecclesiam exemptam.
46. Servare debent exempti generalia interdicta.
47. Item solvere Synodaticum.
48. Regularibus negligentibus devotio sit ad Episcopum.
49. Conferat exemptis tonsuram.
50. Exempti coguntur venire ad publicas litantias seu processiones.
51. Religiosi quicumque subiecti sunt generalibus Ordinibus, etiam si sint Capellani Papa.
52. Episcopus præcipere potest ne subditi accedant aut communicent cum exemptis.
53. Sub

- 33. Subiiciuntur in iurisdictione voluntaria.
- 34. Sequi debent stylum ordinarii.
- 35. Obseruare dies festos iudictos ab Episcopo.
- 36. Episcopi absoluit exemptos.
- 37. Punit exemptos coram suo tribunali delinquentes.
- 38. Exempti subsumunt inquisitioni hereticos.
- 39. Quando effectus delicti porrigitur usque in locum non exemptum.
- 60. Limitandum est in exemptione personali.
- 61. In notorietate delicti. 62.
- 62. Si excedant sua privilegia.
- 63. Ob defectum iustitia poterit adiri ordinarius.
- 64. Conueniri possunt coram ordinario ratione publicorum officiorum.
- 65. Item familiares Papa ratione beneficiorum 70.
- 66. Si exemptus contrahat in studiis.
- 67. Ordinarius potest pronuntiare exemptum esse condemnandum.
- 69. Ordinarius celebrat in locis exemptis.
- 70. Subiiciuntur Episcopo ratione Capellarium.
- 71. In causis mercedum est miserabilium.
- 72. Ordinarius debet erudire exemptos.
- 73. Ordinari non possunt nisi prauo examine.
- 74. Subiiciuntur concursus.
- 75. Item uisitationi Episcopi.
- 76. Supplet neghgentiam superioris ordinum.
- 77. Visita hospitalia exempta.
- 78. Quoad accipiendos ordines.
- 79. Debent venire ad Synodum.

- 80. Subiiciuntur in causis matrimonialibus.
- 81. Quoad clausuram sanctimonialium.
- 82. Quoad obeundas confessiones.
- 83. Item quoad predicationes.
- 84. Exemptiones perturbant Ecclesiam.
- 85. Ordinarius exercet iurisdictionem in asolitos, Comites Palatinos, Protonotarios, Capellanos regios, proueniendo sed non impediendo iurisdictionem exemptorum.
- 86. Punit exemptos qui excedunt numerum suarum Campanarum.
- 87. Item exercentes illicitas negotiationes.
- 88. Cogit exemptos ut assignent ei quena presentarunt congruam portionem.
- 89. Appellationi non deseret.
- 90. Declarat excommunicatos qui admittunt ad sepulturam in casibus a iure prohibitis.
- 91. Ordinarius astimat injuriam sibi illatam.
- 92. Deserentibus cadaver potest resstibi.
- 93. Punit exemptos qui intersunt clandestina desponsationi.
- 94. Item qui admittunt subditos ad solemnisationem matrimonii sine licentia.
- 95. Ante denuntiationem excommunicationis ordinarius summarie se informare debet per auditionem testium.
- 96. Punit questores.
- 97. Punit rectores hospitalium leprosariorum, &c.
- 98. Episcopus cognoscit in omnibus criminibus requirentibus actualem degradationem.
- 99. Episcopi est degradare.
- 100. Punit eos qui sibi Episcopalia iura arrogant.

D d 3

101. Punit

101. Punit eos qui beneficia ad suam collationem spectantia gravant pensionibus.
102. Erigit tribunal in loco exempto in hoc casu.
103. Subditi audiunt divina in locis exemptis, & exempti celebrare possunt cum altari viatico.
104. Exempti tenentur recognoscere propriam scripturam coram ordinario.
105. In causis salariorum exempti fortunatur forum coram ordinario.
106. Salaria Advocatorum & Procuratorum peti possunt in camera.
107. Au uliscatur iniuriam sibi illatam ab exempto ordinarius.
108. Exempti jurant soli Papa.
109. Qui eximuntur, an processionibus interesse debeant.
110. Episcopus examinat suscipientes curam animarum.
111. Exemptio simplex non eximit a casibus Episcopo reservatis.
112. Abbates exempti conferunt suis consuetudinem.
113. Subditi delinquentes in loco exempto, puniuntur ab ordinario.
114. Episcopus inquirit contra Regulares extra claustra degentes.
116. Exempti gaudent indulgentiis Episcopalis.
117. Socii Curie Episcopalis Leodiensis si sint exempti, puniri non poterunt ab Officiali, etiamsi in officio deliquerint.
118. Ordinarius plus juris habet in exemptis quam in extraneos.
119. Officialem quando deputat in locis exemptis.
120. Episcopus jurisdictionem habet in Regularibus.
121. Exemptus locus facit territorium.
122. Episcopus an possit excommunicare & suspendere exemptos impediennes revocationem conjugis à Monasterio exempto, si iste conjugis valde non fuerit profusus, &c.
123. Convertit tertiam partem fructuum in distributiones quotidianas.
124. Prescribit officio Ecclesiarum collegiarum servitium competens pro distributionibus lucrandis.
125. Novas Parochias erigit.
126. Coadiutores dat Parochis minus idoneis.
127. Transferi beneficia.
128. Punit Regulares exemptos extra claustra degentes.

Quamplurimi sparsim in jure reperiuntur casus, quibus exempti jurisdictioni ordinariorum subiciuntur, quos quasi per latyrata collectos lectorum oculis hoc capite subiciam. Imprimis exempti delinquentes in Diocesi Episcopi seu in loco non exempto puniuntur ab Episcopo secundum statuta Diocesana, Secus vero si delinquerent in loco exempto, cap. 1. ubi DD. de privileg. in sexto, Franc. cap. 2. num. 10. de consuet. in 6. late Henricus Bothejus tract. de Synodo Episcopi parte 3. art. 2. num. 5. Cordin in repet. Clem. 2. quasi. 9. de consuet. Gemin. fo. Andr. Franc. d. cap. 1. §. nunquid.

Ampliatur, etiamsi personae non exemptae delinquerent in loco exempto, nihilomi-

omnino enim punientur ab Episcopo, ligabuntur ejus statutis secundum Marfilium & sequaces, d. cap. 2. de constit. in 6. quem sequitur Federic. conf. 2. Anchor. cap. à nobis de sent. excom. rep. cap. postulasti col. 16. quaest. 4. de foro compet. Quorum hæc est ratio, quod locus exemptus sit in Diocesi Episcopi. ca. grave de offic. ord. ubi Abbas Fel. DD. cap. cum Episcopus eod. in 6. Non exemptus autem seu subditus Episcopi non potest excipere contra intentionem Episcopi de jure communi fundatam, & sic de jure terti. art. 1. loci §. compet. ff. si servit. vendic.

Præterea, interest Episcopi, ut sua Diocesis purgetur malis hominibus, atqui propter delicta in loco exempto turbatur Diocesis Ergo, DD. ubi supra. Verum opinio hæc Marfilii Federici, Anchorani & sequacium improbat à Caldeo & quamplurimis aliis. Card. d. cap. 2. Jo. Andr. Franc. Card. ibid. Franc. in ca. 1. de statu Regul. Jas. l. fin. Cels. ff. de jurisd. om. jud. ubi multos allegat. Sabarill. in rep. cap. perpendimus col. 20. vers. sed quid si delinquit de sent. excomm. Mar. Socin. conf. 271 col. pen. vol. 2. Petrus de Palude in 4. sentent. dist. 18. quaest. 2. art. 2. Bobic. cap. à nobis col. 2. de sent. excom. Cald. conf. 13. in cip. contra Canon. cum tit. de judic. Marian. cap. postulasti quaest. 21. de foro competenti. Angel. de Clavaf. in Summa verb. statutum §. 2. Sive st. verb. excommunicatio 2. §. 15. vers. circa predicta Fumus verb. excommunicatio n. 29. §. 30.

Movetur, quia paria sunt locum esse extra territorium vel esse exemptum d. c. grave ubi DD. glo. Clem. 1. de foro compet. & quem non esse exemptum vel exemptum, sed non in eo de quo agitur loco, Gemin. cap. Episcoporum n. 8. vers. subdu. etiam de privileg. in 6. tamen infra n. 18. §. seg. Secundò, quia ut quis ligetur, statuto opus est, ut statutus habeat jurisdictionem in loco in quem virtus statuti dirigitur, & quod persona sit subiecta. cap. Ecclesia sancta de constit. quorum opinio magis indubitanter teste Anchor. procedit, quando est aliquis Prelatus habens jurisdictionem quasi Episcopalem loci exempti. Anchor. d. cap. postulasti col. 16. quaest. 4.

Limita ut autem hic casus, ut obrineat tantum in exemptione reali, qua ratione loci personis concessa est, de qua loquitur cap. 1. de privileg. in 6.

Secus vero si exemptio esset personalis, nam dispositio exemptionis realis non est trahenda ad exemptionem personalem. Abb. & Anania c. ad abolendam de hereticis uem in cap. fin. de foro compet. Geminian. Franc. d. §. nunquid. Franc. d. §. statuto col. 3. & d. cap. 1. de statu Regular. in 6. dixi supra lib. 1. quaest. 2. Angel. in Summa verb. exemptus n. 8. in fine.

Limitatur secundò, nisi statutum conditum esset in fraudem exemptionis. Gem. Franc. ubi supr.

Limitatur tertio, nisi statutum esset contrarium Religioni exemptæ, autoribus Gem. & Franco allegatis dicentibus, ita intelligendum esse cap. nimis, de Privileg.

Secundus casus: Episcopus condemnare potest exemptum in expensis non ponentem declinatoriam & punire contumaciam, dixi late supra eod. lib. quaest. 6.

Ter-

- 6 Tertius, Exemptus simpliciter, ratione personæ verò secundum quid, ratione rei seu loci, si obtineat Ecclesias parochiales, aliave officia quorum administratio & regimen seu cognitio ad Episcopum spectat, si illorum ratione delinquat, seu contra- hat, iurisdic- tio contra illum spectabit ad Episcopum. *Covarruvias pract. quest. cap. 11. nu. §. Franc. ca. 1. §. illum. n. 4. de verb. sig. in. 6. At* (ur inquit Capicius) licet aliquis sit exemptus, si tamen efficiatur Prior Monasterii non exempti, poterit tanquam Prior talis Monasterii conveniri coram ordinario, *Capicius decis. 59. n. 2. per cap. 1. de privil. in 6. Navar. conf. 19. n. 9. de Clericis non resident. par. 1. quia potest quis esse pro parte Exemptus, & pro parte subiectus. Franc. cap. si Papa §. Et est n. 2. eod. in 6. & ratione rei non exemptæ subiecti ordinario velut in exemptis, qui assumuntur ad regimen loci non exempti, qui tamdiu subsunt ordinario, quamdiu ibi degunt. *tex. cap. cum capella ubi Innoc. & DD. d. privileg. Brixien. in reperi. verb. exemptio col. 7. Præses loco à tanquam vers. 23. fol. 353. Ideo exempti omnes quoad ea quæ pertinent ad beneficia non exempta, subsunt iurisdictioni Episcopi, etiamsi essent familiares Cardinalium. Navar. conf. 9. de iurejur. Thomas Zerola in praxi Episcopali, par. 1. verb. Exemptio §. 4. Et vide infra casu 58. Quod tamen Felino non placuit, quia dicecæsanus facere id nequit sine causæ cognitione quæ ei prohibita est in personis exemptorum. Felin. cap. fin. n. 6. vers. Et vide omnino de foro compet. fol. 44. id quod sustineri potest in exemptione personali, secus vero in reali, tum enim ratione rei non exemptæ subiectus est ordi- nario, dixi infra casu 20. Et §. 4. 58. atque ita distinguit Abb. d. ca. fin. n. 11. vers. quoddam est privilegium de foro compet. Et ita intelligendum est dogma de quo Rota Noviss. decis. 702. num. 1. par. 1. quod exempti possint conveniri coram ordinario ratione rei, quantum vis exemptio sit lata.**
- 17 Quartus, licet Monasteria de jure sint exempta à lege dicecæfana Episcopi, non ta- men à lege iurisdictionis, id eo; quoad hanc ei subiciuntur, *Berach. in ast. de Episcopis l. 4. part. 2. quest. 35. n. 80. Bellenc. de charit. sub. §. 28. Et seqq. Abb. ca. dilectus ubi late de offic. ord. cap. 1. n. 1. Et seqq. de statu Monach. cap. scientes de censib. Innoc. late d. cap. dilecti cixi supra lib. 1. quest. 15.*
- 8 Quintus, licet ordinarius nequeat judicare de delictis exemptorum, potest ta- men declarare & pronunciare eos deliquisse, ac ad ejusmodi declaratoriam ferendam exemptos citare, *late Felin. in cap. non potest. n. 3. de re judic. Cardin. in Clem. fin. quest. 1. de pœnis. Gemin. in cap. Episcoporum n. 8. in fine de privileg. in 6. vide infra casu 67. Et n. 39. quod maximè procedit, si delictum sit notorium. Fel. d. n. 3. vide infra casu 55.*
- 10 Sextus si sit periculum fugæ, possunt ab ordinario sibi & capi remitti que ad compe- tentem. *Fel. d. cap. fin. num. 7. de foro tota rei. Card. Clem. 1. quest. 3. de officio ord. ubi latif- sime Abb. cap. sacris in fine. de Sepult. Fel. cap. cum non ab homine n. 3. Et seqq. ubi Abb. de iudic. Abb. cap. fin. n. 11. vers. Puta tamen de foro compet ubi vide infra l. 4. cap. 52. Adju- sing. cent. 2. obser. 65.*

Ad instar Clerici, qui nedum à iudice Laico, sed etiam à proprio creditore citari
 retineri potest, si fugæ periculum vertitur, idque sine periculo excommunicationis.
Abb. d. ap. fis. de foro comp. cap. ut same de sent. excom. Caccia lup. de debitore suspens.
quæst. 4. n. 2. & seq. Peck. de iur. fist. cap. 4. n. 14. Innocent. & DD. d. cap. ut same. Aufser.
de potest. Seculari super Eccles. person. Reg. 3. num. 15. Quando autem suspecti de fuga
dici possint, videatur Caccia lup. & Doctores allegati. Item Milis, verb. suspectus de
fuga fol. 43^o.

Septimus, Episcopi visitant Ecclesias quascumque quomodolibet exemptas
 Curatas, prout statuit Concil. Trid. sess. 7. de refor. cap. 7. Rot. Noviss. decis. 344. nu. 2.
 Non autem Ecclesias exemptas non curatas, quapropter non poterunt de
 iure (inquit Willadieg.) visitare Ecclesias Hierosolimitanorum, prout etiam censuit
 sacra Congregatio declarat. 77. & Pius V. in Bulla 139. incip. Exposcit, ubi statuit, di-
 ctas Ecclesias exemptas visitari posse solum in his, quæ concernunt curam anima-
 rum & administrationem sacramentorum. *Alphonsus Willadieg. in Speculo visitat. fol. 32*
num. 6.

Præterea, licet Ecclesia exempta ratione foundationis & dotationis non possit ab
 Episcopo visitari iure potestatis lxx ordinariæ, potest tamen tanquam ab Apосто.
 licæ sedis delegato, quemadmodum sacra Congregatio respondit de quodam Lu-
 censi Ecclesiæ Collegiata S. Michaelis declarat. 4. 8. Thomas Zerola in praxi Episcopo-
 palis part. 2. verb. Exempti, Fumus verb. visitatio numer. 4. Sabarell. Clem. attendentes nu-
 mer. 2. in pr. & num. 8. de statu Monac. Abb. cons. 26. numer. 2. vol. 2. Concil. Trid. sess. 7.
 cap. 7. de refor. Prout quoque visitant quæcumque beneficia curata non curata, Sæ-
 culatia, Regularia qualitercumque commendata, & exempta, tanquam sedis Apo-
 stolicæ delegati. *Willadieg. d. fol. 32. num. 7. nec etiam Moniales exemptas, Bellencin. de*
Chor. in subsid. 57. art. 29. nu. 7. vol. tract. 15. fol. 392. Ang. in summa verb. Monialis n. 3. in fi-
ne Sabarell. d. Clem. Attendentes, quibus addo, quod exemptio à visitatione non com-
prehendatur sub generali concessione exemptionum. Rot. noviss. decis. 86. numer. 2.
part. 1.

Octavus, per modum reconventionis de qua dictum est supra, qu. 29. n. 10. & seq.
 Nonus, prohibendo subditis ne accedant loca exempta, modo tamen id fiat iusta
 ex causa, sic enim indirectè statuit contra exemptos, quod directè non posset,
 Barth. l. relocatorum ff. de interd. Perusq. in cap. ut animarum de cons. in 6. Angel. in
 summa verb. statusum n. 3. ubi vide & Fumus verb. Excommunicatio n. 30. in fine omnino,
 Ang. verb. Exemptus n. 10.

Decimus, cogunt Monasteria exempta ut servant clausuram, ad hoc enim Episco-
 pi in conscientia obligantur, cap. periculoso: de statu Monach. in 6. Clem. attendentes de
 statu Regul. Ang. verb. Exemptus n. 10. vers. possunt, imò obligantur e. i. §. fin. de statu
 Regular. in 6. dixi infra casu 75.

E e

Unde

- 36 Undecimus, Exempti subiiciuntur Episcopo in eis omnibus quæ sunt ordinis Episcopalis, nempe in petitione Chrismatis, Consecrationis Ecclesiarum, susceptionis ordinum & similibus. *cap. veniens ubi Abb. n. 2. not. de prescrip. Balbus de prescrip. in prima parte quinta partis quæst. 12. n. fin. Franc. cap. 1. num. 7. vers. in gloss. de pvenit. in 6. dixi lib. 1. quæst. 6. in fine cap. cum nullus de tempor. ordin. in 6. gloss. cap. Abbatibus 17. quæst. 2. vide infra lib. 4. quæst. 11.*
- 17 Duodecimus, ordinarius cognoscit inter Exemptos in causa decimarum, *Franc. cap. fin. §. Diocesani de decimis in 6. ibi text.* Si tamen Ecclesiæ essent Exemptæ & per consequens decimæ dictis Ecclesiis debitæ de jure communi, tunc Diæcesanus se non posset intrinmittere, sed si dictæ Ecclesiæ non sunt exemptæ, tunc Diæcesanus se intrinmittere potest, licet decimæ sint exemptæ, vel Ecclesiæ sint ipsorum exemptorum. *Dom. & Franc. d. §. Diocesani num. fin. in fine, ubi etiam gloss. in verb. exemptorum & Archid. vide infra lib. 4. cap. 4. 8.*
- 18 Decimus tertius, Exempti tenentur ad præstationem decimarum, item ad canonicam Episcopalem de qua latius acturus sum suo loco. *Ubaldis tract. de Canonica Episcopali Capitulo 4. quæst. 6. v. infra lib. 4. quæst. 6.*
- 19 Decimus quartus, Episcopus absolvit Moniales exemptas ab excommunicatione si se percusserint. *cap. de Monialibus ubi Abb. de sent. excomm. Item gloss. Felin. Jo. de Lignano tract. de censur. Ecclesiast. §. 26. n. 12.* utrum vero jure ordinario, an auctoritate Apostolica controversum est apud Lignano.
- 20 Decimus quintus, obligantur exempti ad procuracionem legatorum. *Fel. cap. de cedentes n. 3. de prescrip.*
- 21 Decimus sextus, Episcopi jurisdictionem habent in foro penitentiali in exemptos quos auctoritate Apostolica absolvere possunt, cum ab eis in confessores eliguntur, *vide Franc. cap. si Episcopus numero 6. de penitent. in 6. & dicitur infra lib. 4. quæst. 35.*
- 22 Decimus septimus, exercent jurisdictionem in exemptos in casibus decretalis volentes de privileg. in 6. si licet ratione rei seu loci delicti aut contractus, idque non obstantibus privilegiis Apostolicis postea impetratis. *Spec. part. 4. de privileg. n. 3. & dixi supra casu 3.* Cui decretali frequenter solet derogari, teste Angelo concedique exemptiones tam locales, quam personales. *Ang. in summa verb. exemptus n. 8. in fin. vide infra casu 20.*
- 23 Decimus octavus, in populum Ecclesiæ exemptæ, licet enim Ecclesia sit exempta, non tamen populus. *cap. per exemptionem de privileg. in 6.*
- 24 Decimus nonus, in ascriptionibus exemptorum, late Gomez ad reg. Cancell. tit. de impetr. benef. Vacant. per obit. Card. quæst. 14. *Spec. d. n. 3. videatur Jo. de Platea & Lucas de Penna l. Senatorum C. de dignitatibus lib. 12.*
- 25 Vigésimus, puniendo exemptum ratione loci, qui delinquit in loco non exempto,

pro, si verò exemptus esset exemptione personali, puniri ab Episcopo non posset. *Abb. cap. patentibus num. 4. & 5. & cap. seq. num. 8. de privileg. Felin. cap. fin. num. 4. de foro compet. Innocent. ca. percepimus de privileg. ubi exemplificat laicissimè Sabarell. Clement. unica num. 16. de offic. ordin. alioquin enim exemptio personalis esset inutilis. Ang. de Clavafo verb. exemptus §. 1. vide supra casu 17.*

In exemptione verò personali dixi secus, quia ejusmodi exemptus non efficitur 27
 itius fori ubi deliquit. *Abb. cap. cum inter num. 3. de consuet. vide infra casu 54. vide Abb. in cap. fin. num. 11. vers. quoddam est privilegium usque ad fin. de foro compet. & ubi dicit.*

Vigésimus primus, punire eum qui ex loco exempto iaciendo lapidem læsit a-
 lium existentem in loco non exempto, qui est casus exemptonum realium. *Preses 28*
 loco à virtute finis sub finem, *Abb. d. cap. patentibus num. 4. & 5. de privileg. Franc. cap. 1. num. 5. eod. in 6. d. cap. fin. de foro. competen. Abb. cap. Cum capella num. 6. de pri-
 vileg.*

Dixi exemptionum realium, quia personalis exemptio adheret personæ, realis 29
 verò concessa ratione loci, non sequitur personam, sed adheret loco seu competit
 ratione loci. *Abb. cap. quoniam de privileg. Felin. cap. fin. num. 13. & 14. de foro compet.*
 Ideò dispositio cap. I. de privileg. in 6. quæ de exemptionibus localibus loquitur, non
 est tractanda ad exemptiones personales, *Anania & Abb. cap. ad abolendam, de here-
 sic. Abb. cap. fin. de foro compet.*

Vigésimus secundus, idem de mandante aut de sonante campanas in loco ex- 30
 empto ad seditionem excitandam in non exempto, similibusque plurimis exemptis
 responsum est. *Abb. d. cap. patentibus post num. 4. Abb. cap. suarum num. 8. eod. tit. laicissi-
 me Felin. d. c. fin. num. 44. ubi Abb. num. 25. Innoc. d. cap. patentibus Joan. de Visibis tract.
 de immuni. Eccles. in 62. Aliud est in injuria dicta in Diocesi ei qui erat in loco ex- 31
 empto, quia censetur commissâ in loco exempto. *Castrensi. l. plerique num. 5. ff. de in suo
 vocando.**

Vigésimus tertius, Prælati Exempti ratione membrorum non Exemptorum, 32
 tenentur ire ad synodum & coram Episcopo possunt conveniri. *Abb. cap. ex ore
 num. 1. vers. 2. not. de privileg. laicè & exactè Henric. Bottejus tract. de synod. Episcopi
 part. 1. num. 662. & seq. & part. 2. num. 4. Concil. Trident. sess. 24. cap. 2. de Refor. Franc.
 cap. ut Apostolica de privileg. n. 6. Ratio est, quia licet probetur exemptio capituli,
 non ideò sequitur quod probata sit exemptio membrorum. *Innocent. d. cap. ex ore
 arg. l. liberorum ff. de adopt. gloss. cap. rogamus 24. quest. 1. laicus Brixien. in repet. verb.
 exemptio vers. an exempto Monasterio. Innoc. cap. quod super de major. & obed. vide infra
 casu. 63.**

Vigésimus quartus, Monachus Monasterii exempti si sine habitu incedit extra 33
 Monasterium, poterit per ordinarium puniri, secus si intra. *Franceni cap. 1. num. 5.
 de pri-
 E 2*

- de privileg. in sexto, & ita etiam explicando Concil. Trident. resolvit eleg. Boetius
Epo. cap. Relatum n. 8. ne Clerici vel Monachi.
- 34 Vigefimus quintus, Archiepiscopi & Episcopi possunt in locis exemptis facere
solemnnes benedictiones & divina officia celebrare. Franc. cap. Abbates num. 1. vers. in
gloss. de privileg. in 6. Ang. in summa ver. Archiepiscopus num. 3. Joan. Francisc. Parisius
tract. de visitatione quest. 3. secunda pars, n. 9. adde infra vers. 62. text. Clem. fin. de
privileg.
- Vigefimus sextus, poterit Episcopus omnia loca exempta suae Diocesis benedi-
cere populo & divina officia celebrare in Pontificalibus. Clem. Archiepiscopo de privi-
leg. Joan. Francisci ubi supra n. 10.
- 35 Vigefimus septimus, Monachus in loco non exempto excommunicatus, remanet
excommunicatus postquam rediit in suum monasterium si proprio nomine fuit
excommunicatus, lectis vero si sub nomine prioratus sive dignitatis. Franc. ca. 1. §. in
eos, n. 3. vers. in gloss. 3. fin. de privileg. in 6.
- 36 Vigefimus octavus, si exemptus edificet in loco exempto sine licentia, totum
acquiritur Episcopo cum fructibus. Franc. cap. auctoritate n. 2. de privileg. in 6. dicitur
supra lib. 1. cap. 36. Anton. de Pratis tract. de iurisdic. Episcopi cap. 1. num. 3. & 4. Ang. in
summa ver. Exemptus num. 11. & 12. Fumus ver. exemptio, n. 10. Selus de Beneficio part. 1.
quest. 6.
- 37 Vigefimus nonus, in censuales & homines exemptorum, cap. auctoritate §. in bibe-
mus ubi Franc. & DD. de privileg. in 6. Quid vero de familiaribus mercenariis co-
lonis, notatum est supra lib. 1. cap. 30. & lib. 2. quest. 37. vers. pro solutione num. 3. & lib.
4. quest. 38.
- Trigefimus, de Abbate aut Praelatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopa-
lem tradit Francus, cap. ut Apostolicis num. 5. & 6. de privileg. in 6. Parisius conf. 95.
lib. 4.
- 38 Trigefimus primus, exercet iurisdictionem in allegantem se exemptum praes-
criptione, donec de exemptione plenè probaverit, secus si allegaretur exemptio
ex privilegio. ca. Cum persona §. si vero ubi Franc. & DD. de privileg. dicitur supra quest.
25. lib. 2.
- 39 Trigefimus secundus, ordinarius potest declarare exemptum incurrisse excom-
municationem, idque ut sui subditi illum evitent. Franc. cap. Episcoporum n. 3. de privi-
leg. in 6. gloss. cap. tuarum de privileg. v. infra eod. lib. quest. 49. n. 4. Quae tamen declara-
tio praesudicare non potest exemptis, sed tantum subditis, quibus ordinarius pro-
hibere potest conversationem cum exemptis excommunicatis. Navarrus conf. 2. n. 2.
de sentent. excommunicat. Idque procedit si prius fuerint excommunicatae per pro-
prium suum iudicem secundum Navarrum d. conf. 2. & in Manuali cap. 27. & non
aliter. Lancellos. de attentatis part. 2. cap. 4. limitat. 21. num. 7. fol. 160. & ita etiam ele-
gantif

Sententiam concludit Boetius Episcopus in capitulo n. 4. Ne Clerici vel Monachi, Episcoporum denunciare non possent exemptos a sua jurisdictione excommunicationem intrinsecam.

Trigesimus tertius, assignat exempto qui deliquit terminum intra quem praesentetur Pontifici. Franc. cap. 1. nu. 3. in fine de praebend. in 6. Villadiego tract. de legato part. 1. qu. 1. n. 23. vol. tract. 1. 4. fol. 153.

Trigesimus quartus, exigit rationem a religiosis exemptis executoribus testamentorum. Sabarel Clement. unica de Testam. Spec. de instrum. edit. §. nunc aliqua n. 45. in add. Fumus verb. Executor. n. 14. Joan. Francisc. tract. de visitatione qu. 5. secunda pars n. 92. vide infra lib. 4. cap. 49.

Trigesimus quintus, punit exemptos abutentes suis privilegiis, Sabarel. Clem. abusus n. 1. §. ult. de poenitent. §. lae in Clement. unica n. 16. fol. 40. de offic. ordinarii vide infra casu 90.

Trigesimus sextus, item punit exemptos si timeatur impunitas delicti. Fel. cap. signifi- casti n. 4. de foro compet. vide infra qu. 50. §. seq. lib. 4.

Trigesimus septimus, potest se intrinsecare ne excommunicati vel usurarii sepeliantur in loco etiam exempto, dummodo tamen iste locus sit in Diocesi. Abb. c. sacris n. 7. de sepult. Imo praecipere, ut sepulti humo eximantur. cap. ad hac. de privileg. & contravenientes punire. lute Franc. cap. Episcoporum n. 3. eod. in 6. Clem. 1. §. 2. de sepult. Fel. cap. ult. n. 7. in fine de sepult. qua de re vide plenius Abbatis distinctionem d. cap. sacris n. 7.

Trigesimus octavus, Episcopus potest dotare Ecclesiam in sua Diocesi quamvis exemptam. Abb. cap. Apostolica n. 3. 7. §. de donat.

Trigesimus nonus, exempti servare debent generale interdictum ordinarii. Fel. cap. ult. n. 6. de foro compet. Zibarel. Clem. 1. n. 10. de sentent. excomm. Fumus verb. Excommunicatio n. 52. Abb. cap. Cum inter n. 3. de consuet. text. Clem. ex frequentibus de sen. excomm.

Quadragesimus, tenentur exempti solvere Episcopo Synodaticum. Henric. Bottius tract. de Synodo part. 3. n. 23.

Quadragesimus primus, Exemptis Regulariter conferre negligentibus devolutio fiet ad Episcopum, qui conferet auctoritate Apostolica. cap. Cum singuli de praebend. in 6. Rebuff. in praxi benefice. tit. de devolutione n. 37.

Quadragesimus secundus, Conferre exemptis tonsuram & ordines. Rebuffus in praxi benefice. part. 1. tit. de Clericis §. a quibus num. 22. ad xx supra casu 11. An autem Abbatibus non obstante Concilio Tridentino, id sibi possint, tradit Navarrus Consil. 24. de privileg.

Quadragesimus tertius, legatus confert beneficia exempta. Joan. de Sessa de beneficio part. 2. qu. 3. n. 53. Item qu. 66. n. 6. 9. 1. part. 3.



Quadragesimus quartus, legatus confirmat electos exemptos. *Rom. decis. 3. n. 1.*
de offic. legati in antiquis.

- 150 Quadragesimus quintus, compelluntur venire ad publicas processiones seu supplicationes. exceptis tamen iis, qui in perpetua clausura vivunt, aut aliis particulari privilegio donatis. *Concil. Trident. sess. 25. cap. 13. de Reform. velatum per Jo. Garzia tract. de impensis cap. 21. num. 38. Abb. cap. Cum inter num. 4. Cum addit. de re iudic. ubi loquitur de Iuanis, vide eleganter Fel. cap. dilectus num. 7. de offic. ord. ubi de eo dubitat. Flaminius de resig. benef. lib. 3. quest. 11. num. 8. vers. 16. Abbas late cap. dilectus num. 4. vers. 11. de offic. ord. Joan. Gallus ad arresta parlam. quest. 326. adde infra n. 109.*
- 51 Quadragesimus sextus, Religiosi cujuscunque ordinis, non sunt exempti à subiectione superiorum ordinum, etiam si sint sedis Apostolicæ Capellani. *Gregor. 11. Bulla secunda, Thomas Zerola in praxi Episcopali verb. Exempti part. 2. n. 4.*
- 52 Quadragesimus septimus, Episcopus potest subditis suis precipere ne communicent aut accedant exemptos excommunicatos vel delinquentes. *arg. cap. de rebus de decimis cap. post. miserabilem de usuris, debent tamen exempti prius declarari excommunicati per iudicem suum competentem, quemadmodum ex Navarro supra tract. didimus supra eod. n. 9. Ausfrer. repet. Clement. 1. quest. n. 3. in fine de officio ord. Maxime vero si delictum sit notorium vel excommunicatio patens. Lapsus cap. Episcoporum de privileg. in sexto, Guilel. in Clement. 2. de penitent. Joan. Anania cap. 1. de privileg. in sexto. Ausfrer. d. quest. 10. vers. licet.*
- 53 Quadragesimus octavus, in iurisdictione voluntaria exempti subiiciuntur ordinario. *Mol. ad conf. Paris. tit. 1. §. 42. num. 12. dixi supra lib. 1. cap. 46. vers. pro officio in 6. Clem. attendentes §. ceterum de statu Regul. Landens. Clem. 1. de Regul. Brixien. in Reperi. verb. Exemptio col. 1. §. v. Dom. in cap. cum nullus de tempor. ordinand. Guilel. in Clem. 1. de Regul. Panorm. in cap. significasti de foro compet. vide infra lib. 4. quest. 42. num. 4.*
- 54 Quadragesimus nonus, quando causa Exemptorum agitantur coram ordinario, debent lequi statuta, stylum & ordinationes eius fori, dixi supra lib. 2. quest. 30.
- 55 Quinquagesimus, debent celebrare dies festivos ab Episcopis indictos. *Concil. Trident. sess. 25. cap. 12. de reform. Navarr. in Manuali cap. 13. num. 5. vers. 8. in fin. fol. 232.*
- 56 Quinquagesimus primus, Episcopus potest absolvere moniales exemptas. *Sabbarelli. Clem. 1. §. predilectis num. 5. de Relig. Dom. imò potest nunc eos hodierno jure ex Concil. Trident. absolvere à casibus Papæ reservatis, nec non à casibus bullæ Cæ-næ Domini, teste Navarro conf. 10. de privileg. rom. 2. quæ de re infra quest. 50. §. lib. 4. quest. 76.*

Unde si Abbas Exemptus est negligens in correctione suorum Monachorum, potestas non devolvitur ad Episcopum, sed est recurrendum ad Papam. Sienius & glossa in cap. grave de offic. ord. Ausfer in d. repert. Clem. 1. quæst. 10. n. 125. Joan. de Imol. in Clement. 1. numer. octavo, de supplend. neglig. Prelat. Joan. Wamefius cons. 65. num. quartus tom. 1.

- 64 Quinquagesimus octavus, exempti conveniri possunt coram ordinario ratione publicarum functionum seu officiorum, *l. unica ubi expresse Castrens. C. in quibus causis milit. fore prescrip. Auth. ut iudices sint quoquo suffragio §. notum in fin. l. 2. C. ubi de Curiali vel cohortali. ibique DD.* Quod ipsum doctè explicat Abbas dicens familiares Papæ & quosvis exemptos ratione beneficiorum conveniri posse coram ordinario, Abbas cap. dicebunt filii n. 9. vers. Et nota de foro compet. dixi supra casu 3. quod fallit secundum Calderinum, si possessio officii seu beneficii nondum plene fuisset acquisita, *conf. 13. & 14. de foro compet.*
- 65 Quinquagesimus nonus, si exemptus contrahat in studiis seu universitate, poterit ratione ejusmodi contractus conveniri coram Judice studiorum. *Castrens. d. l. unica nu. 1. vers. Unde facit ad eum l. fin. de Jurisd. om. iud. Cuneo d. l. unica vers. Sed in dicitur.*
- 66 Sexagesimus potest pronunciare exemptum esse condemnandum, quia plurimum differt sententia condemnatoria à sententia de condemnando, ut late docet Marfil. *sing. 200. vide supra n. 8.*
- 67 Sexagesimus primus, si exempti notoriè delinquant, possunt puniri per ordinarium, *cap. patentibus cap. iuratum de privileg. l. a Hostiens. in summa de privileg. num. 11. in fin. & col. 12. licet contra-reat Cardinal. Flo. in Clem. 1. de offic. ord. Dom. in cap. 1. de privileg. in 6. dicens non esse recedendum ab ab eorum privilegiis, cui assentior per tradita Alexandri ad Barth. d. Divus n. 2. verb. competentiss. de custod. Reor. adde supra num. 61.*
- 68 Sexagesimus secundus, Archiepiscopus per loca exempta suæ Provinciæ in Pontificalibus celebrat, divina benedicit, & cætera exercet quæ in clementina Archiepiscopi de Privilegiis continentur, *Aver. cons. 150. n. 3.* Item Episcopus celebrare potest in Pontificalibus in locis exemptis, *Innoc. cap. fin. de autor. & usu pallii & dictum aliquid est supra vers. 25.*
- 69 Sexagesimus tertius, Exempti subiiciuntur Episcopo ratione membrorum sive Capellarum non exemptarum. *Abb. cap. ex ore numer. 1. & 4. de privileg. ubi Innocent. Ferrar. in forma opponendi contra instrumenta in gloss. verb. aliis rationibus membrorum. arg. l. liberorum ff. arg. de adopt. Innoc. d. cap. ex ore,* quia exempta Ecclesiâ non censentur exemptæ capellæ Ecclesiæ subjectæ accedentes vel connexæ. *gloss. cap. rogatus 24. quæstio. prima, gloss. cap. Cum & plantare & tex. cap. Cum capella de*

- denotans l. actionis l. alienationis de verb. sig. Paul. Paris. consil. 44. n. 5. vol. 4. ac magis expressis diversamque speciem includens etiam in materia stricta & odiosa, multo magis in materia favorabili, & per quam fir reditus ad jus commune, ut rectè notat doctiss. W. amesius consil. 62. de judic. & foro compet. n. 6.
- 73 Sexagesimus septimus, exempti subduntur, ut presentati admitti non possint nisi prævio examine. *Conc. Trid. d. sess. 7. ca. 13.*
- 74 Sexagesimus octavus, subiciuntur approbationi ad beneficia curata per concursum. *Conc. Trid. sess. 24. cap. 13. de refor. Flamin. ubi supra vers. quinto.*
- 75 Sexagesimus nonus, Monasteria etiam commendata, Prioratus & Præpositurae in quibus non viget Regularis obferantia, visitari possunt in annos singulos. *Conc. Trid. sess. 21. cap. 8.*
- 76 Septuagesimus, datâ negligentia superiorum illius Regularæ subiciuntur post mentionem d. c. 2. sess. 21.
- 77 Septuagesimus primus, item hospitalia laicorum etiam Exempta subiciuntur visitationi Episcopi. *sess. 22. ca. 8. vide infra casu 88.*
- 78 Septuagesimus secundus, quoad collationem ordinum dixi infra li. 4. g. 11. & sub casu 11.
- 79 Septuagesimus tertius, debent venire ad Synodum dixi infra li. 4. g. 19. limitat. a.
- 80 Septuagesimus quartus, subiciuntur Exempti in causis matrimonialibus & criminalibus. *Conc. Trid. c. 20. §. ad hac sess. 24. nisi habeant jurisdictionem privativè ad Episcopos, vel immemoriam pro se consuetudinem, ut censuit Sacra Congregatio ad illum textum, ita Flaminus d. c. 11. vers. duodecimo.*
- 81 Septuagesimus quintus, subiciuntur quoad clausuram sanctimonialium ubi violata fuerit restituendam, & ubi inviolata fuerit conservandam. *Conc. Trid. c. 5. sess. 25. de Regular. dixi supra casu 10.*
- 82 Septuagesimus sextus, subiciuntur quoad confessiones obeundas, nempe ut non obstante Clem. dudum de sepult. non exponant se audientis confessionibus, nisi ab Episc. sint iudicati idonei. *sess. 23. c. 15. Flamin. ubi supra vers. 14. qua de re infra li. 4. g. 77.*
- 83 Septuagesimus septimus, quoad prædicationes. *Conc. Trid. sess. 5. c. 2. sess. 24. c. 4. de refor.*
- 84 Septuagesimus octavus, quia præmemorata Exemptiones excitare consueverunt perturbationes in jurisdictione Episc. & præbere exemptis occasionem laxioris vitæ, quæ teste Baronio plurimum obfuerunt Ecclesiasticæ disciplinae, ideoque plurimum displicuerunt sancto Bernardo ut liquet explicatis ejus Epistolis. *Baron. in Annalib. Ecclesiast. to. 8. sub anno 676. Pontifice Adeodato fol. 517. late Durand. tract. de modo Concil. gener. par. 1. Rubr. 4. nu. 15. & seq. Concil. Trid. cap. 11. sess. 34. de refor. Flamin. d. cap. 11. nu. 5. Ideo sacrum Concil. Trid. non obstantibus quibuscunque plenam tribuit auctoritatem Episcopis tanquam Apostolicæ Sedis delegatis super exemptos & sic super acolitos, Comites Palatinos, Prothonotarios, Cappellanos Regios & similes. Flamin. d. numer. 5. licet ut cognoscere possint & judicare de quibuscun-*

huscunque Clericorum etiam Exemptorum criminibus, præveniendò nimirum jurisdictionem exemptorum, non vero impediendò. *eleg. Boetius Epo. cap. relatum n. 8 ne Clerici vel Monachi.*

Septuagesimus nonus, Punit Exemptos qui excedunt numerum campanarum eis statutum à Regula vel à jure, ut sunt mendicantes, qui debent contenti esse unica campana, quod tamen fallit in Prædicatoribus. *cap. quo cunctos de offic. custod. in ex-eravog. in Dom. de S. Gem. conf. 72. incip. quia punitus n. 10. Abb. expresse ca. parentibus super glo. 2. de privileg. tex. cap. nimis iniqua de excess. Pralat. Alber. in dictionario verb. Campana, Oldra conf. 228. Ratio est, quia effectus dicitur potius extra locum exemptum ut dictum est supra casu 54. Abb. e. cum. inter n. 3. sum. add. de consuet.*

Octuagesimus, Coercet exemptos exercentes illicitas negotiationes in locis non exemptis. *glo. 2. in Clem. 1. de vita & honest. Cleric. ubi Card. in q. 2. Jo. de Anan. ca. ad abolendam col. 7. circa med. de hereticis.*

Octuagesimus primus, cogit exemptos præsentantes aliquem ad aliquam curam, ut ei assignent congruam portionem juxta *Clem. 1. de jure part. ca. 1. de præb. in 6. ca. de Monachis extra. eod.*

Et si contingat ab assignatione portionis appellari ordinarius ejusmodi appellatione per exemptos interposita non deferret, sed poterit ad ulteriora procedere, ex quo ejusmodi assignatio relinquatur conscientie ordinarii. *Jo. de Imola ca. Canonum statuta col. 7. circa medium de consuet. Card. de Clem. 1. ubi glo. Bellam. dec. 18.*

Octuagesimus secundus, Exempti seu Sæculares seu Religiosi puniuntur qui tempore interdicti in casibus prohibitis sepeliunt seu admittunt ad sepulturam Usurarios interdictos aut excommunicatos, non enim absolvi possunt, nisi satisfecerint eis quibus injuria est illata, idque ad arbitrium Diocesani. *tex. Clem. 1. de sepult. ca. cum & plantare s. excommunicatos de privileg. Abb. e. sacris n. 7. de sepult. Maxime quando delictum est notorium, potest enim ordinarius tunc declarare illos excommunicatos, idque ut vitentur à suis, ut supra dictum est, casu 61. in notoriis enim ordo judicialis non requiritur. Franc. e. Episcoporum de privileg. in 6. In taxanda autem injuria servare oportet proximam illam à Bellamera decis. 722. dicente attendendas circumstantias omnes loci & personarum, ac tum regulato arbitrio taxari debet summa intra quam pars injuriata jurare poterit. arg. l. sed & si unus s. servus ff. de injuriis l. injuriarum estimatio ff. de injuriis. c. olim ex eod. c. si Canonici de offic. ord. in 6. ubi glo. verb. in damnis in terminis. Rom. conf. 97. Ang. conf. 95. n. 52.*

Poterit autem ejusmodi exemptis deferentibus ad loca sua Exempta corpora ad sepulturam, si transeant per Diocesim Episcopi impune etiam via facti resisti, non autem postquam pervenerunt in locum exemptum. *Bald. conf. 270. par. 4. e. cum liberum & Abb. d. c. sacris n. 7. de sepulturis arg. l. fin. C. de sep. violato.*

Octuagesimus tertius, si exempti intersint in loco non exempto clandestine despon-

- desponsationi, utinominatim tradidit Præpositus *cap. cum in iudicio col. pen. vers. 4. quædam ubi & Host. de claud. despons.*
- 94 Octuagesimus quartus, declarantur Regulariter Exempti excommunicati qui admittunt sine licentia subditos ordinarii ad solemnisationem matrimonii. *Clem. 1. de privileg.*
- Octuagesimus quintus, item qui absolunt ab excommunicationibus Synodali-
bus *d. Clem. 1. de privileg.*
- Octuagesimus sextus, similiter Religiosi Exempti qui ministrant Parochianis sine
licentia sacram Eucharistiam vel unctionem extremam *d. Clem. 1. de privileg.*
- 95 Notandum tamen, quod ante denuntiationem seu publicationem excommuni-
cationis huiusce, ordinarius summarie se informare debet parte citata per auditio-
nem testium, &c. *glo. Clem. multorum verb. constituit de penis glo. Clem. presentis de cen-
sib. Cardin. d. Clem. 1. Fel. cap. non potest. n. 3. de re iudic.* Isto enim in articulo exempti
nudati sunt suo privilegio ac subiecti ordinario. *arg. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. c. pruden-
tiam cap. præterea de offic. deleg.*
- 96 Octuagesimus septimus, quando questores ingerunt se indulgentiis promul-
gandis aut prædicationibus sine literis Papæ vel ordinarii, *tex. Clem. unica §. fin. de
penitent.* de quibus *Spec. tit. de peniten. qui quidem iam dispositione Concil. Trid.
priorius sublatis sunt ff. 21. cap. 9. proinde ordinarius non obstante qualicunque ex-
emptione poterit eos incarcerare, excommunicare & castigare, prout expedire fue-
arbitratus.* *Barth. l. fin. ff. ubi pupil. educari deb. Innoc. & Abb. c. ex literis de constit.
Imol. & Anania c. inquisitionis in pr. de recusat. latissime Navarr. de oration. Miscellanea
18. c. 22.*
- 97 Octuagesimus octavus, animadvertit in rectores Hospitalium Leprosariorum
Elemosynarum aut Xenodochiorum, qui negligunt, seu non versantur ut oportet
in administratione, non obstante quacunque exemptione, *tex. Clem. quia contingit de
relig. Dom. ubi Card. facit tex. c. si quis omnem 1. quaest. 7. Cyn. l. Orphanotrophos C. de
Episc. & Cleric. Auth. de sanctiss. Episcopis §. Oeconomus Collat. 9. Felus. cap. de quarta de
prescript. vide supra casu 71.*
- 98 Octuagesimus nonus, cognoscit Episcopus contra Exemptos in omnibus crimi-
nibus actuale seu solemne degradationem requirentibus. *fo. de Liguano cap. ne in
agro de statu man. Abb. cap. cum contingat col. 6 circa med. de fora compor. ut sunt inter
ceteros falsarii literarum Papæ, cap. ad falsariorum de crimine falsi & ibi late Innoc.
Hist. Abb. Episcopi enim est degradare non alterius inferioris. cap. degradatio de pa-
nis in 6. ubi DD.*
- 99 Nonagesimus, punit religiosos qui sibi Episcopalia arrogat, & declarat Eccle-
sias in quibus exercuerunt interdictas, *c. cum & plantare §. de constitutibus vers. quod
autem de privileg. ubi glo. verbo privilegiorum ubi Abb.*

Nonagesimus primus, animadvertit in Exemptos, qui beneficia ad suam collationem spectantia gravant praestationibus seu pensionibus illicitis, *rex. Clem. unica* & eadem quoque de suppl. negli. pralat. Innoc. & Host. c. in Lateranensi de praebenda. Pastoralis de privileg. late Ca. 2. d. Clem. unica. 101

Nonagesimus secundus, erigit tribunal in loco Exempto in casu Clementinae unice de foro competenti, qua de re fufius dictum est supra lib. 2. ca. 1. 102

Nonagesimus tertius, Exempti possunt celebrare in locis prophanis cum altari viatico, & lubditi Episcopi audire Divina in locis Exemptis sine consensu ordinarii, late Navarria conf. 52. vol. 1. tex. cap. in his ubi Abb. & DD. de privileg. 103

Nonagesimus quartus, Citatus ad recognoscendum proprietatem scripturam, non potest praetextu Exemptionis jurisdictionem ordinarii declinare. *arg. cap. 1. §. fin. de foro compet. in 6. late Rebuffus ad ordin. regis. tom. 1. de Chirographis. recognoscione art. 1. n. 31. 32. 33. 34.* Ratio est, quia incompetentia quoad scripturam recognitionem allegari non potest, *elegant. fo. Lusini placit. curia lib. 11. tit. 4. artic. 6. fol. 229.* eo quod (inquit Rebuffus) non praedicitur aliquo modo recognoscenti, cum non condemnatur ad gaudiendum ab illo iudice, sed ad suum forum remittitur, prodest tamen illa recognoscitio ut postea scripturam recognitam coram suo iudice negare non possit, hinc quando fiunt contractus, quorum probatio ex consuetudine fit per sigilla iudicum saecularium, tales literae sigillatae ita probant contractum coram iudice competenti contra Clericos, sicut contra Laicos, *Joan. Andr. & Perusca. Saeculares de foro comp. in 6. DD. c. de si Clerici extra. eodem quod verum est, quando iudex saecularis competens est contra Clericos, alias secus, juxta opinionem Franci de id. Saeculares n. 1. & 5. uti in ea specie exemptorum, qui jurisdictionem ordinarii prorogare non possunt, & quorum confessio coram ordinario emissa non praediceat, supra notavimus eod. lib. qu. 31.* 104

Nonagesimus quintus, Exempti conveniri possunt coram ordinario pro salario causa agitata coram ipso, tum propter continentiam & connexitatem causa de quo satis est a nobis dictum supra lib. 1. quaest. 26. per tot. ratione cujus Gallius censuit Salaria Advocatorum & Procuratorum in Camera peti posse. *Gall. lib. 1. obs. 1. num. 37. Mandatus de continentia causa ca. 5. n. 11. fol. 79.* tum quod ita novissime Concilium Trident. definit dicitur ead. quaest. 71. licet adversari videatur dispositioni Innocent. 4. statuentis aliam esse rationem causae principalis, aliam salarii, *cap. 1. §. nec etiam foro comp. in 6. Specul. de salario Advocatorum nu. 19.* Utrum vero copula & in verbis Concilii Tridentini mercedum & miserabilium personarum copulet aut disiungat, vide Navarrium *tom. 1. de Regularibus comment. 4. n. 62. vers. in qua Alciat. & DD. l. sepe ff. de verb. significat. & supra hoc eodem cap. 71.* 105

Nonagesimus sextus, ordinarius punire poterit exemptos ratione judicialis injuriae sibi illatae in casibus quibus est eorum iudex competens per notata Gallii *lib. 1.* 107

- lib. 1. obf. 39. vide Imbert. in su. Forens. lib. 1. ca. 24. in glo. verb. contumeliam per cap. dilecti de sent. excom. in 6. l. si quis forte §. si quos ubi. Bart. ff. de penis Boar. ad consuet. Buturice tit. 2. §. 21. glo. 2. idque secundum distinctionem quam supra notavimus eod. lib. 2. §. 3. vers. que tamen.
- 108 Nonagesimus septimus, exempti subiecti Romano Pontifici jurant soli Pape, ca. antiquo de privilegiis cap. ego de iurejurando. Gujmer. ad pragmat. sanctionem tit. de electionibus §. censui in glo. verb. iuramentum, alioquin enim Clerici beneficiati non exempti jurant obedientiam & reverentiam Episcopo Diocesano, ca. legebatur c. cum in Ecclesiis de majori. & obed. cap. cum Clerici de verb. signific. Idem etiam constitutum est in Abbatibus non exemptis. cap. nullus de iurejurando. cap. quanguam dist. 23. cap. in Dei de Simonia. Item in Episcopis non Exemptis qui iuramentum prestare debent suo Metropolitanano. cap. dilecti de major. & obed. Gujmer. d. glo. in verb. iuramentum.
- 109 Nonagesimus octavus, Exempti non semper cogi possunt ut intersint processionibus, videlicet si processionibus instituantur ex levi causa, idque ut quietius intendere possint animum divinis cap. nimis prava ubi DD. de excessib. pralat. secus vero si ex gravi causa institueretur processio, puta in novo introitu Episcopi vel legati, quæ debet fieri honorifice, sicut Christus intravit in Hierusalem, Spec. tit. de legato §. 1. aut immminente peste vel pro pace, tunc enim possunt omnes Religiosi Exempti compelli venire, nam rogare Deum pro salute populi eo casu omnium interest. cap. rogationes dist. 3. de consecrat. cap. revertimini 16. quæst. 1. cap. pervenue de immunit. Eccles. cap. quod omnes de reg. juris in 6. Bald. l. fin. C. de bonis qua liberis, ubi dicit, quod Episcopo intranti Civitatem debet obviare collegium Monachorum Processionaliter. Gujmer. ad pragmat. sanctionem tit. quo tempore quis debeat esse in choro §. idem in his in glo. verb. processionibus.
- 110 Nonagesimus nonus, Episcopus potest examinare Capellanos Exemptos, Canonicos & habentes dignitatem volentes exercere curam, eisdemque inhibere, ne curam exercent aut sacramenta admittant absque sua approbatione. sacra congr. quam refert Navarr. cons. 8. in fin. de privilegiis adde infra lib. 4. quæst. 77.
- 111 Centesimus, Exemptio simplex sive realis à jurisdictione Episcopi non videtur eximere à casibus Episcopo reservatis. Navarrus cons. 4. ubi vide explanationem de privilegiis.
- 112 Centesimus primus, Abbates Exempti conferre possunt suis tonsuram & inferiores ordines, secus vero majores seu sacros ordines. Navarr. cons. 14. n. 5. de privilegiis. Ratio est, quia id eis jure communi conceditur, c. cum contingat de etate & qualitat. Conciliumque Trid. c. 12. sess. 23. de refor. non derogat juri, si enim bene perpendatur, intelligitur de solis ordinibus sacris, per subauditos autem sensus & intellectus non debeat antiqua jura corrigi, glo. solemnis c. cupientes §. quod si. per viginti de elect. in 6. Præf.

praesertim quando non est tanta ratio in casu legis corrigendae, quanta in casu legis
 novae corrigentis, not. DD. *Auth. quas actiones C. de sacros. Eccles. Navar. d. c. 14. in fine*
 Centesimus secundus, subditi ordinarii sive delinquant in Diocesi ordinarii, sive 114
 extra Diocesim, aut in loco Exempto, possunt ratione delicti commissi in loco exem-
 pro conveniri coram ordinario. *Jo. Andr. cap. ut animarum de const. in 6. Jo. de Lignano*
Clem. Pastoralis de re jud. Andr. Sicul. in c. cum contingat. col. 1. de foro compet. late Fran-
cus d. c. ut animarum § statuo & Abb. d. cap. cum contingat. n. 6. ubi responder ad ca. ut
 animatum, quod videtur huic sententiae adversari, refertque Jo. Andr. post Godofi.
 in add. ad Spec. tenentem, quod haec sententia procedat, quando proceditur per viam
 accusationis, secus si per viam inquisitionis, quia tunc iudex agit ad vindictam, &
 sua non interest, ex quo non delinquit in suo territorio, & hoc attento jure civili, se-
 cundum vero jura Canonica utraque via iudex procedere poterit. *Abb. conf. 64. vol. 1.*
incept. Rodolphus n. 1. idem in d. c. cum contingat col. 2. vide Sandinum in tract. malefic. in
fine ubi d. disputatur, ubi concludit, quod iudex Domicilii non potest procedere per
 inquisitionem contra delinquentem propter delictum alibi commissum, & in fine
 col. dicit, quod aliud obtineat de jure Canonico, tamen hoc procedit de jure civili,
 addo Hippol. in pract. crim. §. constance col. 1. ubi utrinque disputat, concluditque quod
 iudex originis non possit inquirere. Illud autem hic non est omnimodum, foram
 Domicilii esse generalius aliis omnibus. *Ang. conf. 40. col. 2. Fagnanum. opus. in pract.*
crim. cap. 9. n. 1. Vide Card. Anton. & Abb. d. cap. cum contingat. qui concludunt, quod
 iudex Domicilii potest cognoscere de delictis suorum Clericorum etiam alibi com-
 missis, *Jo. Caldeo rep. ca. de illis de raptor. col. 9. quaest. 6. qui responder ad fundamenta*
 contraria, vide Barib. l. relegatorum §. interdicere ff. de interd. & relig. *Abb. cap. fin. col.*
13. de foro compet. Lopes d. cap. 9. ubi late haec refert quasi ad verbum. Ratio conclusio-
 nis est, quia ubi ego te invenio, ibi ego te iudicio, *glo. in l. 1. in verb. reperuntur ubi*
Castr. C. ubi de crimine. Clarus lib. 5. sent. §. fin. quaest. 39. vers. sed quero. Boer. dec. 202.
Louy Charondas ut. 4. Arrest. 35. v. apote par duret en son alliance §. 62. col. 1. c. 3. fol. 133.
 vide *Abbatem cap. fin. sub. finem de Clerico peregrino in cap. 1. n. 8. & 9. quem vide de ra-*
 prioribus. Ratio secunda est, quia in simili decisum est, si crimem committatur extra
 territorium excommunicantis, si Reus postea conveniatur intra territorium coram
 suo Praelato, poterit ab eodem puniri, ut si quis Venetus furtum Bononiae fecerit,
 si subditus ille Venetias revertatur, poterit a Patriarcha Veneto puniri, ut commu-
 nis opinio docet & praxis quotidiana observat. *sic Sotus. 4. dist. 22. quaest. 2. art. 1. concl.*
1. vers. respondetur ergo. Henricus lib. 13. de excommunic. cap. 26. §. 1. & 2. Sayrus in The-
souro Theol. Moral. par. 1. lib. 1. cap. 6. n. 42. & si Neapolitanus ibi furtum committat,
 qui postea fugit Beneventum, si talis delinquens ante abitum ab Archiepiscopo
 Neapoli citeretur, aut Neapoli Domicilium habet, ab eodem extra ejus territorium
 excommunicabitur, si sententiam in eum ferat. *Sotus 4. dist. 22. q. 2. art. 1. concl. 1.*
 Hen.

Henricq. d. §. 2. *Abb. cap. fin. de foro comp.* n. 7. 8. & 9. qui tamen putat necesse ut delinquens citeatur, vel ut domicilium habeat. *Sayrus d. c. 6. n. 43. qua de re vide que laus scribit Tho. Grammat. decis. 26. Berof. q. 8. 9. & laus Farinacens li. 1. q. 17. n. 16. & seqq.*

- Centesimus tertius, profert Flaminus Parisius *tract. de resig. benef. par. 1. qu. 10. n. 7. lib. 1.* his verbis: Episcopi religentes gaudent prærogativa ut possint in quibuscunque civilibus & criminalibus & mixtis causis contra quoscunque Clericos exemptos, etiam si sint Regulares, extra tamen claustra degentes, procedere, *Pius 4. in consuet. 17. incipiente de salute gregis, §. 2. in super edita anno 1566. Concil. Trid. c. 4. sess. 24. & ca. 3. sess. 6. de Reform. ca. 14. sess. 25. de Regularibus, Dixi extra claustra degentes, quia secus si intra claustra degant, tunc enim ne quidem delegata auctoritate advertus eos procedere potest, uti interpretando Conc. Trid. elegantissime explicat Boetius Epomis *Libro 5. ad tit. de Clerici vel Monachi. 7. ad verbum. ideo Mandamus n. 9. fol. 83. lib. 4. quest. 58.**
- 116 Centesimus quartus, Exempti gaudent indulgentiis Episcopalibus, dicam infra.
- 117 Centesimus sextus, licet dispositione juris communis officialis aut iudex punire possit suos Curialistas Curie suæ statutis contravenientes, aut in officio suo vel coram se pro tribunali delinquentes, *Stephan. Aufre. de potest. Ecclesiast. supra Laicos n. 19.* Id tamen non procedit privilegio Julii Pontificis in venerabili Curia Leodiensi, si Curialista delinquens sit Exemptus, quod quidem Privilegium est in Archivis Clerici Secundarii.
- 118 Centesimus septimus casus, licet Exemptos extraneorum jure censeri supra diximus *lib. 1. qu. 46. n. 2. & lib. quest. 19. n. 4.* attamen traditum est, ordinarium plus sibi juris vindicare in Exemptos, quam in penitus extraneos. *Rota noviss. decis. 702. num. 4. par. 1.* Exemptum enim esse & nullius jurisdictionis, plurimum differunt. *Rot. noviss. decis. 207. n. 2. par. 2.*
- 119 Centesimus octavus. Cum Episcopo certis in casibus conceditur jurisdictione in loca Exempta, potest iis in locis officialem deputare, jurisdictionemque exercere. *Rota noviss. decis. 145. n. 1. & 2. par. 2. allegat. 10. Monachum cap. cum Episcopus n. 3. vers. sed pone de offic. ord. in 6.*
- 120 Centesimus nonus, Episcopus de jure communi tam in civilibus quam criminalibus habet jurisdictionem contra Abbates & correctionem in Regulares, uti ostendit latè *Rot. Noviss. decis. 78. per tot. par. 1.* explicans dispositionem Concilii Tridentini in cap. 2. sess. 24, quod & supra ostendimus. Idque nisi Exempti sint & intra claustra degant, uti eleganter explicans Concil. Trident. tradit Boetius Epo. *cap. relictum n. 3. de Clerici vel Monach.*
- 121 Centesimus decimus. Exemptus locus largo modo & improprie constituit territorium de per se. *Rot. Noviss. decis. 207. n. 4. par. 2. Roland. cons. 33. par. 3. Franc. c. 2. n. 10. ubi Anchar. de constu.*

Centesimus undecimus, Episcopus potest excommunicare & suspendere exemptos impedientes revocationem conjugis à Monasterio Exempto, si iste conjugum habeat non fuerit professus, puta sine licentia alterius conjugis, vel illius in saeculo manentis nullum sit votum continentiae, aut saltem sit temporale, nisi tamen exempti privilegium habeant ne possint excommunicari, suspendi, vel interdici, quale habent Mendicantes, ut constat ex eorum compendio verbo Exemptio n. 9. 23. & 24. & Societas Jesu, ut constat ex Bulla Pauli III. ipsi concessa anno 1549. & ita in terminis resolvit Tho. Sanchez ejusdem Societatis Doctor eximius *tract. de Matrimonio lib. 7. disp. 33. n. 21. c. 23.* & ratio est, quod in proposita specie non agatur de Religionis privilegiis aut de statu Regularium, sed de Matrimonii instauratione conjungens revocationem, qui minus legitime sit professus, quod ordinarii proprium est. *cap. de convers. conjug.* Denique, quia ordinatio competit omnimoda jurisdictione contra extraneos & exemptos impedientes suam jurisdictionem, *Innoc. in c. dilectus in 1. fin. de panis. Steph. Auster. tract. de potestate Seculari super Ecclesiast. pers. n. 23.*

Centesimus duodecimus, convertere in distributiones quotidianas tertiam partem fructuum etiam dignitatum, Canonicatum, personatum, portionum & officiorum Cathedralium & collegiarum Ecclesiarum, in quibus nullae sunt distributiones, aut ita tenues, ut verisimiliter negligantur. *Concil. Trident. sess. 21. c. 22. cap. 3.*

Centesimus decimus tertius, Praescribere dignitatibus personalibus & officiis Cathedralium & Collegiarum Ecclesiarum competens servitium ab eis personaliter adimplendum pro distributionibus lucrandis. *d. cap. 3. sess. 23.*

Centesimus decimus quartus, Novas Parochias erigere, & in ere&is ministrorum numerum prout opus fuerit, augere, *sess. 21. c. 4.* & uniones facere *d. sess. c. 5.* illasque quae 50. annis citra factae sunt, revidere. *sess. 7. c. 6.*

Centesimus decimus quintus, Coadiutores dare Parochis minus idoneis. *sess. 21. cap. 6.*

Centesimus decimus sextus, transferre beneficia & Ecclesiarum refectionem procurare. *sess. d. 21. c. 6.*

Atque isti sunt casus, quos ex variis SS. Pontificum constitutionibus & ex multa auctororum segete, in usum veluti fascem concinnavi, quibus sic collectis occurrit constitutio S. D. N. Clementis VIII. super executione decreti Concilii Trid. *d. sess. 25. cap. 14.* contra Regulares non subditos Episcopo, intra claustra degentes & extra ea ita notorie delinquentes, ut populo scandalosint, ac contra eorum superiores eos punire negligentes aut impunitos ad alia suorum ordinum loca transmittentes vel transmissos ad locum in quo deliquerunt non revocantes Romae publicata anno 1596. Martii 18. incip. Sullepti muneris ratio postulat. quam refert Stephanus Quaranta in Summa Bullarii, in verbo Exemptio fol. 245. pro cuius illustra-

lustratione non parum conferunt scholia quæ composuimus in constitutionem S.D. N. Leonis 10. editam in Conc. Later. anno 1516. incip. Regimine.

QUÆSTIO XLVI.

An vigore Cameralis obligationis Exemptus possit conveniri coram ordinario.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|--|
| 1. Diffinitio Cameralis obligationis. | sent. |
| 2. Divisio. | |
| 3. 8. Vigore Cameralis obligationis Exempti non subiciuntur ordinario. | 6. Item nisi speciali rescripto subicerentur. |
| 4. 9. Clerici vigore illius non possunt conveniri coram ordinario. | 7. Aut convenirentur coram Auditore Camera. |
| 5. Secus in Exemptis qui prorogare possunt. | 10. Rota non est competens in causis Patrum Societatis Jesu. |

Cameralis obligatio nil aliud est, quam formula quædam ex variis cautionibus iudicis diuturno Curie Romanæ usu composita, quæ contractuum instrumentis adjecta, efficit ut cessatores facilius per iudicem compelli possint ad præstandum promissa.

2 Dividitur, autem, teste Massa Galesto in suo quem de illa speciali tractatu edidit in sex partes, quarum secunda continet submissionem debitoris omni iurisdictioni & cuius Curie tam Ecclesiasticæ quam Sæcularis. Unde hic tacta est occasio inquirendi, Utrum vigore ejusmodi submissionis Exemptus vocari possit coram ordinario. Massa quidem in suo hoc tractatu omnis generis ad hanc formulam spectantes quæstiones in medium ponit & curiosè examinat, at vero hanc ne tangit quidem, igitur ut accingam me ad solutionem propositæ quæstionis.

3 Mihi visa est opinio negativa amplectenda, multis ex causis & auctoritatibus, imprimis quidem ex analogia quam frequenter supra diximus esse inter Clericos & exemptos ratione fori: siquidem virtute ejusmodi submissionis Clericus conveniri non potest coram iudice Sæculari nequam Ecclesiasticorum honorum causa, sed nec etiam temporalium seu patrimonialium. *Decis. Tholos. 126. ubi Anstret. à Massa ad formul. Camer. oblig. secunda partis quæst. I. num. 1. ergo nec Exemptus coram ordinario, Fel. But. c. DD. allegati supra lib. 1. quæst. 45. n. 5.*

4 Præterea, Clerici non possunt vigore ejusdem obligationis conveniri coram alieno Episcopo seu ordinario: quippè quod illum prorogare non possint sine consensu proprii ordinarii. *cap. si diligenti de foro compet. Massa d. parte 2. quæst. 1. nu. 6.* Ergo nec

Exem-